

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sacerdos s
cum fonte primo

Semper in sacerdotali pectore cum
terrore seueritatis custodiri debet
uirtus mansuetudinis ut et iram
mansuetudo custodiat et
mansuetudinem, ne
forte dissoluta sit, zelus districtio-
nis accendat.

Gregorius in omelia VII.

Itaque in basibus nec leones sine bubus,
nec boues sine leonibus exprimuntur,
quia
semper in sacerdotali pectore cum
terrore seueritatis custodiri debet
uirtus mansuetudinis, ut et iram
mansuetudo condiat, et
eamdem mansuetudinem, ne
fortasse dissoluta sit, zelus districtio-
nis accendat.

Gregorius Magnus, *Homiliae in
euangelia*, 17, 2 (CCSL 141, R. Étaix
ed., p.126, ll.256-261).